

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo LXXVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

Quomodo enim concors dicitur qui sortem iungit. ita ille concors dicendus est qui corda iungit; nos ergo carissimi quibus xpi pacem relinquit & pacem suam nobis dat, non sicut mundus sed sicut ille per quem factus est mundus, ut concordes simus, iungamus inuicem corda & cor unum sursum habeamus, ne corrumpatur in terra.

INCIPIT SERMO LXXVIII. DE EO QUOD DICIT NON TURBETUR COR VESTRUM NEQUE FORMIDET; AUDISTIS QUIA EGO DIXI VOBIS VADO ET VENIO AD VOS; SI DILIGERETIS ME CAUDERETIS UTIQ. QUI VADO AD PATREM QUIA PATER MAIOR ME EST.

Accipimus fr̄s uerba dñi dicentis ad discipulos suos. Non turbetur cor uestrum, neque formidet; audistis quia ego dixi uobis, vado & uenio ad uos; si diligeretis me cauderetis utiq. quia ego uado ad patrem, quia pater maior me est; hinc ergo turbari & formidare poterat cor illorum quod ibat ab eis quam uis uenturus ad eos, ne forsitan gregem lupus hoc interuallo inuaderet & pastoris absentia; sed a quibus homo abscedebat dñs non derelinquebat. & idem ipse xpi homo & dñs; ergo & ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod dñs erat; ibat per id quod uno loco erat, manebat per id quod ubiq. erat; Cur itaq. turbaretur & formidaretur cor, quando ita desererebat oculos ut non desereret cor, quam uis dñs & iam qui nullo contineretur loco, discedat ab eorum cordibus qui eum relinquunt moribus, non pedibus; & ueniat ad illos qui conuertuntur ad eum non facie sed fide; & accedunt ad eum mente non carne. ut autem intelligerent secundum id quod homo erat, eum dixisse, vado & uenio ad uos, adiecit atq. ait, si diligeretis me gauderetis utiq. quia ego uado ad patrem, quia pater maior me est; per quod ergo filius non est equalis patri, per hoc erat iturus ad patrem, a quo uenturus est uiuos iudicaturus & mortuos; per illud autem in quo est equalis gignenti unigenitus, numquam recedit a patre, sed cum illo est ubiq. totus pari diuinitate, quam nullus continet locus; cum enim in forma dñi esset sicut apostolus loquitur, non rapinam arbitratus est esse equalis dño; quomodo enim rapina possit esse natura, quae non erat usurpata sed nata, semetipsum autem exinaniuit formam serui accipiens, non ergo amittens illam, sed accipiens istam; eo modo se exinaniens quo hic maior apparebat, quam apud patrem manebat; forma quippe serui accessit, non forma dñi recessit; haec est ad sumpta, non illa consumpta; propter hanc dicit, pater maior me est, propter illam uero, ego & pater unum sumus; hoc adtendat arrianus & ad tentatione sit sanus, ne contentatione sit uanus, aut quod est peius insanus; haec est enim forma serui in qua dñs filius minor est, non pater solo sed & iam sp̄s sc̄o, neq. id tantum sed & iam se ipso, quia idem ipse in forma dñi maior est se ipso; neq. enim homo xpi non dicitur filius dñi, quod & iam sola

caro eius in sepulchro meruit appellari. Nam quid aliud confitemur,
 cum dicimus credere nos in unigenitum filium dñi qui sub pontio pilato
 crucifixus est & sepultus. & quid eius, nisi caro sepulta est sine anima.
 Ac per hoc cum credimus in dñi filium qui sepultus est, profecto filium dñi
 dicimus & carnem quae sola sepulta est; ipse ergo xps filius dñi aequalis pa-
 tri in forma dñi. quia semetipsum ex inaniuit. non formam dñi amittens
 sed formam serui accipiens maior est & seipso. quia maior est forma dñi
 quae amissa non est. quam serui quae accepta est; quid itaq. mirum uel
 quid indignum. si secundum hanc formam serui loquens ait dñi filius. pater
 maior me est. & secundum dñi formam loquens ait idem ipse dñi filius. ego
 & pater unum sumus. Unum sunt enim secundum id quod dñs erat uerbu.
 maior est pater secundum id quod uerbum caro factum est; Dicam & iam
 quod arriani & eunomiani negare non possunt; secundum hanc serui for-
 mam. puer xps & iam parentibus suis minor erat. quando paruus maiori-
 bus sicut scriptum est. subditus erat. Quid igitur heretice. cum xps sit dñs
 & homo. loquitur ut homo. & calumniaris dñs. ille in se naturam commen-
 dat humanam. tu in illo aude deformare diuinam. Infidelis. ingratus.
 ideo ne tui inuisum qui fecit te. quia dicit ille quid factus sit propter
 te. aequalis enim patri filius per quem factus est homo. ut minor esset & pa-
 tre factus est homo; quod nisi fieret. quid esset & homo dicit. Plane dñs &
 magister noster. si diligere & me gaudere & utiq. quia uado ad patrem.
 quia pater maior me est; cum discipulis audiamus uerba doctoris. non
 cum alienis se equamur a stultiam deceptoris; agnoscamus geminam subs-
 tantiam xpi. diuinam scilicet quae aequalis est patri. humanam qua maior
 est pater; utrumq. autem simul non duo sed unus xps. nesit quater nitas.
 non trinitas dñs; sicut enim unus est homo. anima rationalis & caro. sic unus
 xps dñs & homo. ac per hoc xps est dñs. anima rationalis & caro; xpm in his om-
 nibus. xpm in singulis confitemur; quis est ergo per quem factus est mun-
 dus. xps ihs. sed in forma dñi; quis est sub pontio pilato crucifixus. xps ihs.
 sed in forma serui; Item de singulis quibus homo constat; quis non est de-
 relictus in inferno. xps ihs. sed in anima sola; quis resurrecturus triduo
 iacuit in sepulchro. xps ihs. sed in carne sola; Dicitur ergo & in his singu-
 lis xps; Uerum haec omnia non duo uel tres. sed unus est xps; ideo ergo di-
 xit. si diligere & me gaudere & utiq. quia uado ad patrem. quia naturae
 humanae gratulandum est. eo quod sic adsumpta est a uerbo unigenito. ut
 in mortalis constitueretur in caelo. atq. ita fieret & terra sublimis. ut incorrup-
 tibilis puluis sederet ad dexteram patris; hoc enim modo se iturum

dixit ad patrem; nam profecto ad illum ibat quicum illo erat. sed hoc erat ut ad eum & recedente a nobis. mutaret atq. immortale faceret quod mortale suscepit ex nobis. & leuaret in caelum per quod fuit in terra pro nobis; quis non hic gaudeat quis sic diligit xpm. ut & suam naturam iam immortalem gratuletur in xpo. atq. id se speret futurum esse per xpm.

INCIPIT SERMO LXXVIII DE EO QUOD DICIT. ET NUNC DIXI VOBIS PRIUS QUAM FIAT UT CUM FACTUM FUERIT CUM DEXTERIS USQ. AD ID. ET SIC UT MANDATUM DEDIT MIHI PATER SIC FACIO SURGITE ET AMUSHINE.

Dñs & saluator noster ih̄s xps̄ dixerat discipulis suis; Si diligere-
tis me gauder & is utiq. quia uado ad patrem. quia pater maior me
est; quod ex forma serui eum dixisse. non ex forma dī in qua ae-
qualis est patri. nouit fides quae religiosae est mentibus fixa. non calum-
niosis & dementibus ficta; Deinde subiunxit. Et nunc dixi uobis prius
quam fiat. ut cum factum fuerit credatis; quid est hoc. cum magis crede-
re homo debeat antequam fiat id quod credendum est. haec est enim laus
fidei. si quod creditur non uidetur; nam quid magnum est si creditur qd̄
uidetur. secundum illum eiusdem dñi sententiam quando discipulū arguit
dicens. quia uidisti credidisti. beati qui non uident. credunt. & nescio u-
trum credere dicendus est quisq. quod uidet; nam ipsa fides in epistola
quae scribitur ad ebreos. ita est definita; Est autem fides sperandarum
substantia conuictio rerum quae non uidentur; quia propter si fides ē
rerum quae creduntur. eademq. fides earum rerum est quae non uide-
tur. quid sibi uult quod dñs ait. Et nunc dixi uobis prius quam fiat. ut
cum factum fuerit credatis. nonne potius dicendum fuit. & nunc dixi uo-
bis prius quam fiat ut credatis. quod cum factum fuerit uideatis. Nam & ille
cui dictum est. quia uidisti credidisti. non hoc credidit quod uidit. sed
aliud uidit. aliud credidit; uidit enim hominem. credidit dñm; Cerne-
bat quippe atq. tangebatur carnem uiuentem quam uiderat morientem.
& credebatur dñm in carne ipsa latentem; credebatur ergo mente quod non
uidebat. per hoc quod sensibus corporis apparebat; sed & si dicuntur cre-
di quae uidentur. sicut dicit unus quisq. oculis suis credidisse. non tam
ipsa est quae in nobis aedificatur fides. sed ex rebus quae uidentur. agi-
tur in nobis ut ea credantur quae non uidentur; Quo circa dilectissimi
undenunc mihi sermo est. quod dñs ait. Et nunc dixi uobis prius quam
fiat. ut cum factum fuerit credatis. illud utiq. dicit. cum factum fuerit
quod eum post mortem uisuri erant uiuentem & ad patrem ascendente.